



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Regularvm Vtrivsqve Ivris Cvm Ampliationibvs Ac  
Limitationibvs**

**Dueñas, Pedro**

**Venetiis, 1566**

Regula CCCVI.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63213](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-63213)

Hanc reg. in famulis scholarium cum duabus amplianib. et vnicā limitatio. vbi plura congerit in proposito, ponit Petrus Rebuss. in d. tract. de priuile. scholarium. priuile. clx. a nu. 1. vsque ad fin.

Quæ reg. in famulis scholarium est hodie correcta de iure regio. per pragma. xxv. in volu. pragma,

## REGULA CCCVI.

FAMULVS intra triennium salarium a domino petere debet alias post tres annos non auditur. Quæ regula probatur de iure Regio in pragma. clvij. de Madrid. Anni Domini. 1525. vbi dicitur quæ servititia famulorum per triennium prescribuntur. Circa quam reg. vide quæ dixi in reg. vij. & Phil. Corn. in consil. cclxix. et 328. volum. item D. Couartu. in repetitio. reg. possessor. ij. par. §. xi. nu. me. 2.

1. Limita primo non procedere, quando impeditur petere aliquo iusto impedimento. vt c. commissa. de elect. lib. 6. in l. fin. C. de adulte. in l. si cum ipse. si de excusa. tuto. Ita expresse tenet Bald. in auth. nisi tricennali. in princ. vers. sed quid dices. C. de boni s. mater. vbi dicit, q. hæc limitatio est naturalis: quia vbi non est negligenta, non debet esse poena. Eandem opin. tenet Ias. in consil. xxxv. col. ij. vol. ij. facit quod notat Alex. in consil. lxv. nu. 5. lib. 6.
2. Secundo fallit, quando dominus iuravit soluere: quia iuramentum perpetuat actionem. vt in l. nam & postea. in. §. his qui temporali. si de iure iurant. Quam opinionem sequitur Ias. in additio. ad Christoph. in. §. sed aliquando. nu. 5. Inst. de visucapio. vbi dicit, q. hoc sumitur ex notatibus per Anto. de Butr. post Hostien. in c. si dignifici. de prescripti. & idem Ias. in. §. de constituta. Institu. de acti. Haec etiam op. per illum tex. tenet Bar. in d. §. si his qui tempora. li. & ibi Ias. nu. 4. Hippo. vbi dicit ita obtinuisse in contingentia fa. ti. in sing. cxlj. vbi etiam quam plures Doct. allegat Fel. in c. si. nu. 7. de prescripti. Marc. Anton. Baueria in tract. de virtute. & viribus iuramen. priuileg. xxix. nu. 42. Corn. in consil. cccxxvii. nume. 22. vol. j. & Rodenc. Xuaraz. vbi hoc notab. examinat. in repeti. post rem iudicatam. fol. 116. col. ii. nu. 2. in. §. considera ultimo. si de re judica.
3. Tertio limita non habere locum, quandocunque famulus petet debitum competens sibi actione reali. ita Bald. in l. pen. C. quod cum eo. Ias. in princ. inst. de actio. nu. 101. post Bald. & Aretin. ibi. quam limitationem latius ex aminaui in d. regu. vij. in j. limitatio. Bi ideo si famulus relinqueret vestes apud dominum depositi nomi ne, eas repetrere poterit, etiam post tres annos, non obstante supra dicta pragma.
4. Quarto limita, si famulus deserat dominum, et statim redeat: tunc non videtur recessisse; ideo annus computabitur a die quo nouissi-

Z me

D. Petri Dueñ

- me discedet cuim effectu: vt in l. iij. ff. de diuorti. & in l. quod calo-  
re, vbi hoc notant Docto. ff. de reg. iur.
- 5 Quinto limita quandocunque talis prescriptio esset per litis con-  
testationem interrupra: quia famulus intra tres annos conuenit do-  
minum, & lis fuit incepta, tunc perpetuatur actio. vt est text. & ibi  
Doct. in d. l. nam & postea. in. §. si is qui temporale. & in l. ff. C. de  
prescrip. xxx. vel xl. anno. quod lare tradidi. in d. reg. vi. in fi.
- 6 Limita sexto, non procedere in foro conscientie: nam si dominus  
sciat se hoc famulo debere, non est totus quo ad Deum, cum sit ma-  
ke fidei possessor. Vt in c. vigilanti. in c. h. pe prescript. cum simil.  
Ita expresse concludit Phil. Corn. in cons. 159. nu. 15. & in con. 328.  
nu. 14. & 32. Quam limitationem allegando fratrem Alfonsum a  
Castro, quia ita tenet, posui in d. reg. vi. in ij. limitat. Hanc etiam  
limitationem tenet Guliel. Rouille in glo. ad consuet. Cenomanen-  
ses. artic. xxxv.
- 7 Limita septimo, si rem aliquam domi famulus habeat: nam si res  
ab eo peratur, poterit famulus excipere de salario, etiam post tem-  
pus: quia quando quis agere in ciuilibus prohibetur, excipere tamē  
poterit. ita Bart. in l. j. in §. sublata. & ibi Ias. in ij. lect. ff. ad Trebel-  
lia. Ratio: quia exceptiones sunt perpetuae. I. pure. in. §. ff. de do-  
li mali & metus excep. glo. in l. sicut. in verbo, persecutio. C. de  
prescrip. xxx. vel xl. anno. Bar. vbi hoc notab. declarat in l. soci-  
tatem. in. §. arbitrorum. nu. 21. ff. pro socio.
- 8 Octavo limita non procedere, quando debitor conuenit coram  
conseruatori, vel alio iudice ecclesiastico: quia supra dicta ordina-  
tio non astringit hos iudices. Vt in c. ecclesie sancte Mariæ. & qd  
ibi nota, de constit. notat Bal. in cons. 184. col. ij. vol. v. Corne. in cō-  
fil. cccxxviii. vol. j. num. 25. facit text. & quod ibi notant Doct. in  
c. fina. de rebus Eccles. non alienan, & quod supra dixi in regula  
cxxxv.
- 9 Nono limita, quando debitor confiteatur se illam summam debe-  
re: nam tunc iudex debet dominum condemnare ratione confessio-  
nis etiam si alias fuisset absolutus: qui confessus pro iudicio habent:  
Vt in l. j. ff. de conse. facit etiam tex. in c. ij. de purga. vulg. & in c.  
quia plerique: de immu. eccl. vbi dicunt quem audiri post senten-  
tiā, si pars confiteatur eam iniquam.
- 10 Decimo limita, quando dominus non exciperet de supra dicta  
pragma. nam etiam post tres annos poterit condemnari. Vt in lan-  
in. §. hoc autem iudicium. ff. de damn. infect. & in l. de pupillo. in. §.  
qui opus. ff. de noui oper. nunti. Cuius est ratio, cum iudex non te-  
neatur impariū officium non postulatum. §. hoc autem iudicium.  
Pro qua facit qd in propolito huius limitatio. adducit Ripa, in d. §.  
hoc autem iudicium. Phil. Dec. in l. res iudicata. nu. 4. ff. de rega. iur.  
Ias. in l. patre furioso. nume. 11. cum aliis. ff. de his qui sunt sui vel  
alien. iur. Pro qua limitatione facit: nam prescriptio excludit actio-  
mem; vt in c. ad aures. & ibi Feli. de prescript. probata etiam in fu-  
pra dicta

pra dicta prag. notat Bal. in l. si pene. ff. de condict. indeb. & l. j. C. ff.  
aduer. credi. & in l. sicut, vbi gl. C. de prescrip. xxx. vel xl. anno. et  
sic cum prescriptio paria excepit. illam debuit pars oppone.  
ter alias sibi imputet, si iudex eum condemnat post tres annos, quæ  
exceptio si fuerit omissa in j. instantia, in causa appellationis alle-  
gan potest: ut in l. per hanc. C. de tempo. appella.

- ii. Undecimo limita, non procedere a contrario sensu: nam si domi-  
nus accepit famulum vt eum doceret officium suum si erat arrissex: et  
sic famulus v. lebat ab eo discere illum officium, & dabant domi-  
no decem vel quinque aureos singulo anno: nam si dominus intra-  
tres annos non petat salaryum, poterit postea petere. Quia supra di-  
cta pragma, debet stricte intelligi in casu in quo loquitur: & lex lo-  
quens in debitore, non comprehendit creditorem, & econtra. Ita  
Bar. & alij in l. j. ff. si cer. pet. Bal. in R. ub. C. de rebus credi.  
ii. Duodecimo limita, vt etiam post tres annos si famulus non possit  
recuperare debitum, possit equiparare rem æquivalentem a domi-  
no. ita tenet Panor. post Inno. ibi, nu. 8. in c. olim. el j. de restit. spol.  
& ita expresse tenet in reg. lxxxvii j. in v. limi. vbi late.  
Ratio huius limitation. est; nam calumnia per calumniam repellit  
potest: vi est glo. in c. cupientes. in verbo, malignantium de elect. li.  
vi. quam opinon. ultra Docto. allegatos in d. regu. lxxxvij. tenet  
Mauthg. de Affiict. in c. j. super glo. j. nume. 16. de pace iuramen. fir-  
man.

## REGULA CCCVII.

- FAM V. v. si aufugit, eo ipso res amissas per dominum præsu-  
mptu subtraxisse. Hanc regul. probat glof. in Auth. de exhiben-  
tia. in §. li vero etiam quidam iurent. in verbo, factum, colla, vi. fa-  
citez. in l. ii. in §. fin autem reus, & in §. & si actor. C. de iuram. ca-  
lum. Ratio est, quia fuga facit quem suspectum et haberi pro con-  
fesso. d. §. si vero quidam. norat glo. in l. impuberib. in §. præterea. ff.  
desupe. tuto. Circa quā reg. vide Bar. in l. consiliarios. C. de ascesso.  
Luc. de Penna in l. coloni. C. de agri. & cens. lib. xj. vbi plura de-  
matoria fugæ. Ludo. Rom. in l. lege Cornelia. & ibi Ioan. Ignæ. ff.  
ad syllania. Fel. in c. nullus. de præsump. Ioan. Bernar. in reg. ;z. Ias.  
in repe. l. admonendi. nu. 167. ff. de iure. Hippo. in repe. Rub. C. de  
probatio. nu. 259. Corserum in repe. ad Abba. in verbo, fuga. Mar.  
Ant. Blanc. in tract. de indiciis & tortura. nu. 423.
1. Limita primo procedere, quando aufugit ante accusationem: se-  
cus si post: quia tunc licet fugiendo redimere sanguinem suum. Ita  
expresse tenet Bar. in l. j. nu. 1. ff. de bonis eorū qui ante senten. mor.  
sibi con. quem sequitur Marhesilla. in notab. cxlvj. Ias. in tract. pet. d. le.  
admonendi. nu. 6. & in l. si is qui. nu. 5. C. qui. testa. facere poss. Lu-  
do. Roma. vbi dicit se ita vidisse practicari. in d. l. lege Cornelia. nu.  
2. & ibi Ioan. Ignæ. nu. 17. Hippoly. in d. repe. Rub. C. de probatio.

Z 2 nu. 259.